



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

47. Præscribi an possit in aliena diœcesi territorium separatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO XLVI.

Utrum in Exemptionum materia à Jurisdictione temporali ad spirituales inferri possit?

Neutiquam; quia Dominium, seu Jurisdictio temporalis nihil habet commune cum spirituali. c. 1. de Reliq. dom. Glo. c. 1. verb. divis. dist. 10. glo. Clem. ne Rom. 5. sane, verb. Dicoesim de elect. Host. c. super eo n. 3. de paroch. Et in c. quærimoniam n. 2. ubi Butr. in fi. de Iure Patr. c. cum carissim n. 12. vers. secundo scias de prob. Guili. de Adm. laud. Clem. Pastoralis n. 21. de re Iud. Farin. dec. 324. num. 10. part. 1. nisi tamen exemptionis verba sint plenissima, quæ omnimodam exemptionem, & utramque speciem comprehendat, qua de re vide infra q. 55.

QVÆSTIO XLVII.

Præscribi an possit in aliena diocesi territorium separatum?

1. Jus non admittit in mystico corpore duo esse capita.
 2. Præscriptio operari non potest, ut territorium sit separatum ab Episcopo.
- M**inimè: esset enim Monstrum mysticum, mystici corporis habere mystica duo mystico in corpore capita, quod jus non admittit. Host. cap. cum contingat num. 1. de foro comp. in cap. quanto n. 13. Et cap. Quoniam n. 2. de offic. ord. Farin. dec. 324. num. 11. part. 1. Cum enim Episcopus sit unum corpus, cujus caput est Episcopus, si ponantur uno in Episcopatu duo Episcopatus capita, fiet unum corpus mysticum, duo habens mystica capita, quod ut est prodigiosum & à natura abhorrens, ita etiam à jure alienum. Host. d. loco Butr. d. c. cum contingat num. 1. vers. de consuetudine ubi Abb. nu. 18. Et 19. Bellarm. nu. 15. Proinde, veluti irrationabile per prescriptionem consuetudinemve acquiri non potest. Gabr. de præscript. Concl. 1. num. 8. Et 9. Far. d. dec. 324. n. 11. in fin. Neque obstat, quod utraque Jurisdictio Episcopalis scilicet Diocesana, & Jurisdictionis, præscriptione acquiri possit. Rota dec. 2. de Præscr. in Novis. Abb. d. cap. cum contingat num. 11. de foro comp. Id enim non aliter intelligendum est, quam si velint præscribere quasi sub Episcopo: nam si præscripsissent territorium separatum, amplius sub Episcopo esse dici non possent. Abb. d. c. cum contingat num. 18. Farin. d. dec. 324. n. 12. part. 1.

QVÆSTIO XLVIII.

Prælati habentes territoria separata, an possint Confessarios approbare.

Neutiquam: id enim privativè ad Episcopum spectat, uti sacrum Rotæ auditorium judicasse refert Prosper Farinaceus dec. 332. part. 1. estque Episcopus eo in jure manutenendus, donec alius de immemoriali præscriptione per tres sententias conformes docuerit. Farin. ibid. n. 4.

QVÆSTIO XLIX.

Quis debeat probare locum esse de diocesi?

Pancoc-